

Rogate ergo dominum ut hec gaudia
uobis largiri dignetur. Qui uiuit &c

Dominica quinta post pasche. 71

Quomodo uenit paraclitus ille ar-
guet mundum de peccato de iusticia
et de iudicio. Duo hic occurrunt no-
tanda. Primum est quis sit paraclitus
quem dominus missurus se prestatatur. Se-
cundum est qualiter mundus de peccato de
iusticia et de iudicio arguendus intelli-
gatur. De primo non quod per paraclitum
spiritus sanctus exprimitur. Paraclitus enim idem
est quod aduocatus uel consolator sicut te-
stat in iohannis evangelio super locum illum iohannis
xviij. Et ego rogabo patrem et alium pa-
clitum dabit uobis ut maneat uobiscum
in eternum spiritum ueritatis. Igitur circa hunc
paraclitum tria sunt notanda. Ipse enim ad-
uocatus est reorum consolator mestorum
et redargutor obstinatorum. De pri-
mo dicitur ad romanos viij. Spiritus
sanctus adiuuat infirmitatem nostram
nam quid oremus sicut oportet nesci-
mus sed ipse spiritus postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus. Glosa
hunc locum sic exponit. Spiritus sanctus
postulat pro nobis quia nos postula-
re facit nobisque interpellandi et gemitus
inpirat affectum. Tali ergo modo
spiritus sanctus dicitur esse aduocatus reorum
quod ipsis reus hoc inspirat ut per delictis
suis orent et gemitus effunderent inenar-
rabiles. De secundo dicitur in quadam se-
quentia. ueni sancte spiritus et infra consola-
tor optime dulcis hospes aie dulce re-
frigerium. In labore requies in estu
temperies in fletu solacium. De tercio vi-
detur quod ipse arguet incorrigibiles et
obstinosos sicut in iohanne xvi. Cum u-

82

nerit paraclitus ille arguet mundum de
peccato et de iusticia et de iudicio. Et no-
ta quod spiritus domini non solum arguet
impios in iudicio et reprobos punit
et interficiet ipsos. unde ysaia xi. Per-
cutiet terram uirga oris sui et spiritu
labiorum suorum interficiet impium. Non et
paulus de antiochia ad thessalonicos y.
Tunc reuelabit ille iniquum quem
dominus ihesus interficiet spiritu oris sui.
De secundo videndum est qualiter
mundus de peccato de iusticia et de iudicio
arguendus intelligatur. Et nota quod glo-
sule locum istum sic exponunt. Arguet
mundum de peccato infidelitatis quod uide-
licet peccatum mundus habet et de iusticia
a qua non imitatur et de iudicio quod non
timet. Igitur hec est una causa quare
dominus spiritum sanctum paraclitum mittit
ut uideat arguat mundum. id est
mundi amatores arguendos offen-
dat de peccato quo dominum offenderunt de
iusticia quam operari neglexerunt de iu-
dicio quod non timuerunt. Primum igitur
paraclitus docet esse mundum arguen-
dum de peccato quo dominum offenderunt et
maxime de peccato infidelitatis. unde et
ipse dominus ita exprimit. De peccato quidem
quia non crediderunt in me. Et nota
quod secundum sanctos aliud est credere de-
um aliud est credere deo aliud crede-
re in deum. Credere deum est credere
ipsi esse creatorem et principium omni-
um creaturarum et iudicem esse uiuorum
et mortuorum. hoc etiam demones cre-
dunt et tremunt. unde iacobus y. Tu cre-
dis quoniam deus est bonus facis et deones cre-
dunt et tremunt. Credere deo est crede-
re uera esse que ipse dicit. Credere in
deum est cum caritate tendere in ipsum

Quomodo uenit paraclitus ille arguet mundum de peccato de iusticia et de iudicio. Iohannis 16. Sensus thematicus ponit
pomp. beatus augustinus dicens. Ille arguet mundum. hoc est diffundet in cordibus uobis caritatem. sic enim timor
de pulso arguendi habebit libertatem de peccato. quia non timet. Iste hoc enim primum quod solum preceptis posuit
quia hoc mandata reuera detinuit. et hoc desiderare reuera dimittit. Iste credit in se primum qui et per
in se primum et diligit christum. Iste Augustinus. Peratores autem mala sperant non uerentes in sui eximitate
uere non solum arguunt. sed et in dicitur in caritate ac igne spiritum detinuit. Math. 24. Qui ergo uenit 27